



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. An præter prædictas censuras sint aliæ pœnæ Canonico jure  
decretæ in Simoniacos?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tum pensiones, aut officia &c. & non  
excuset ignorantia.

## §. III.

*An & qualis suspensio contrahatur per simoniam commissam in ordine, vel beneficio.*

Ordines conferens per simoniam completam, spectato jure communione Decretalium, ipso jure est suspensus à collatione quorumcunque ordinum, saltem per triennium, ut patet ex c. Si quis 45. b. t. & qui simoniam commisit presentando ad ordines, ad certum tempus suspensus est ab executione ordinum; ordinatus vero per talam simoniam suspensus est ab ordine sic suscepto, donec à sede Apostolica cum illo fuerit dispersatum, nisi sine culpa ab ipso commissa, simonia intervenisset c. De simoniace 22. b. t. cùm nulla debeat imponi pena, ubi nulla culpa est. Severius adhuc simoniace ordinantes, & ordinatos punit Sixtus V. in suo motu proprio, & contra eos loquitur *Glossa his V. remanere.* hodierna tamen praxis non videtur rigores hos recipere.

Qui vero beneficium obtinet per simoniacum commissam & completam, nullam quidem suspensionem propriè dicitam incurrit, nec conferens illud, nec accipiens, cùm in jure nulla expressa sit, quia tamen excommunicatus est, consequenter ab omni etiam officio, ordine, & beneficio suspensus est, donec ab excommunicatione absolvatur.



## §. IV.

*An preter predictas censuras in alia pœna Canonico jure decreta sunt Simoniacos?*

Sunt & alia pœna, & quidem plures quia tamen penatum talum non praxis est, ed quod Simonia via habeat locum pluribus videatur habere, hoc si Auct. Method. eum remitto, quod penarum harum cupit habere notitiam. Vi etiam § 5. videtur est, quis in his penitentiis spenbare possit.

## SECTIO VIII.

*De obligatione restituendi ea, quæ per simoniacum sunt accepta.*

## §. I.

*An, & cui pretium simoniacumcepit, si restituendum?*

Qui accipit pretium temporale spirituali, pro facio v. g. calice, reliquijs auro & argento ornatis, simoniacum quidem, non tamen injuncte, sed quod ius temporale annexum, v. g. ponticale, suam estimabilem pro pretio commodatatem habeat, non teneret de jure naturali, aut divino, ad ullam restituendam faciendam, modò quod simoniacacepit, rei temporalis spirituali annuit estimabilitatem non excedat, cum in aliquo casu graviter quidem contra religionem peccetur, non tamen contra iustitiam, obligatio autem restituendi oritur passim ex iusta iustitia. Si tamen non rite